

Questaque cum fati: At non tamen omnia vestri
 Juris erunt, dixit; luctus monumenta manebunt
 Semper, Adoni, mei; repetitaque mortis imago
 Annua plangoris peraget simulamina nostri:
 At cruor in florem mutabitur. An tibi quondam
 Fœmineos artus in olentes vertere mentas,
 Persephone, licuit? nobis Cinyreius heros
 Invidiæ mutatus erit? Sic fata, cruorem
 Nectare odorato sparsit, qui tactus ab illo
 Intumuit; sicut pluvio perlucida cælo
 Surgere bulla solet: nec plenâ longior horâ
 Facta mora est, cum flos de sanguine concolor ortus,
 Qualem, quæ lento celant sub cortice granum,
 Punica ferre solent: brevis est tamen usus in illo:
 Namque male hærentem, et nimiâ levitate caducum
 Excutiunt idem, qui præstant nomina venti.

Non . . . omnia etc. Non sarà vostro tutto ciò che appartiene a Adone.

Repetita mortis imago etc. La ripetuta rappresentazione della morte imiterà ogni anno il mio lutto. Queste feste funebri chiamavansi *Adonie*. Nel primo giorno si portavano attorno le statue di Adone e di Venere: le donne si strappavano i capelli, si percuotevano il petto, e davano altri segni di dolore.

Persephone. Proserpina mutò in menta Menta sua rivale.

Nobis . . . invidiæ. Ed io sarò ripresa, sarò invidiata, se trasformo Adone?

Concolor. Del medesimo colore del sangue.

Qualem. Simile a quello che produce il Melagrano.

Male hærentem. Che sta male attaccato.

Qui præstant nomina. Che gli danno il nome. Adone fu mutato in anemone, fiore che trae il suo nome da *anemon* parola greca che significa vento.

OVIDIO

LE METAMORFOSI

LIBRO UNDECIMO

CAP. I.

Orfeo ucciso dalle Menadi.

Carmine dum tali silvas, animosque ferarum
 Threicius vates, et saxa sequentia ducit,
 Ecce nurus Ciconum, tectæ lymphata ferinis
 Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
 Orphea, percussis sociantem carmina nervis.
 E quibus una, leves jaectato crine per auras,
 En, ait, en hic est nostri contemptor; et hastam
 Vatis Apollinei vocalia misit in ora;

I. Carmine dum tali silvas, etc. Molti autori parlano di questa potenza dei carmi di Orfeo che attirava a sè anche le fiere con le sue armonie. Negli antichi monumenti era sempre rappresentato con una corona di fiere all'intorno. Fra i moderni il Pussino rappresentò in un vaghissimo paese Orfeo in mezzo a Ninfe e animali.

Threicius. Di Tracia, ove abitavano i Ciconi.

Nurus. Qui sta per donne in genere. Queste sono Baecanti, come si vede dalla descrizione del loro vestito.

Lymphata. Presi dal furore di Bacco. *Lymphatus* dicesi propriamente colui che è divenuto pazzo per aver veduto nell'acqua (*lymphâ*) l'immagine di una Ninfa.

Tumuli. Alcuni vogliono che ciò avvenisse sul monte Olimpo; altri sul Pangeo.

Contemptor. Vedi Lib. X. Cap. II. sul fine.

Hastam. Il tirso, il quale perchè cinto di foglie lasciò solamente nella faccia di Orfeo una leggera lividura.

Quæ foliis præsertim, notam sine vulnere fecit.
 Alterius telum lapis est, qui missus, in ipso
 Aëre concentu victus vocisque lyræque est;
 Ac veluti supplex pro tam furialibus ausis,
 Ante pedes jacuit. Sed enim temeraria crescunt
 Bella; modusque abiit, insanaque regnat Erinnyis,
 Cunctaque tela forent cantu mollita; sed ingens
 Clamor, et inflato Berecynthia tibia cornu,
 Tympanaque, et plausus, et Bacchei ululatus,
 Obstrepuere sono citharæ; tum denique saxa
 Non exauditi rubuerunt sanguine vatis.
 Ac primum attonitas etiamnum voce canentis
 Innumeras volucres, anguesque agmenque ferarum,
 Mænades Orphei titulum rapuere theatri:
 Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris,
 Et cœunt; ut aves, si quando luce vagantem
 Noctis avem cernunt; structoque utrimque theatro
 Ut matutinâ cervus periturus arenâ,
 Præda canum est: vatemque petunt, et fronde virentes
 Conjiunt Thyrsos, non hæc in munera factos.
 Hæc glebas, illæ direptos arbore ramos,
 Pars torquent silices: neu desint tela furori,
 Forte boves presso subigebant vomere terram;

Veluti supplex etc. Il sasso scagliato contro Orfeo fu mitigato dal concerto della voce e della lira, e senza ferire cadde leggermente avanti ai piedi alla foggia dei supplichevoli.

Temeraria crescunt etc. I furiosi impeti crescono.
Modusque abiit.

La rabbia e l'ira passò tutti i modi.

(ARIOSTO, C. XXX.)

Insana etc. Le Baccanti infuriano d'insania. Vedi Lib. I. Cap. IX.
Berecynthia. Il flauto nei primi tempi non adopravasi altro che nelle feste di Cibele che soprattutto si celebravano sul Berecinto, monte di Frigia.

Obstrepuere etc. Col loro strepito vinsero il suono della cetra.
Mænades. Le Baccanti così dette da un verbo greco che significa infuriare.

Titulum . . . theatri. La gloria del teatro, l'onorevole consesso degli uditori.

Rapuere. Perché lacerarono le fiere e gli uccelli.

Cœunt. Convengono da ogni parte.

Structoque utrimque. L'anfiteatro in cui a Roma la mattina presto si facevano le caccie: a mezzogiorno i giuochi gladiatorii.

Hæc in munera. A quest'uso.

Nec procul hinc, multo fructum sudore parantes,
 Dura lacertosi fodiebant arva coloni.
 Agmine qui viso fugiunt, operisque relinquunt
 Arma sui, vacuosque jacent dispersa per agros
 Sarculaque, rastrique graves, longique ligones.
 Quæ postquam rapuere feræ, cornuque minaci
 Divulsere boves, ad vatis fata recurrunt:
 Tendentemque manus, atque illo tempore primum
 Irrita dicentem, nec quidquam voce moventem
 Sacrilegæ perimunt; perque os (pro Jupiter!) illud
 Auditum saxis, intellectumque ferarum
 Sensibus, in ventos anima exhalata recessit.

II.

Lutto per la morte di Orfeo. Il serpente che osò di mordere il suo capo è converso in sasso.

Te mæstæ volucres, Orpheu, te turba ferarum,
 Te rigidi silices, tua carmina sæpe secutæ
 Fleverunt silvæ; positis te frondibus arbor
 Tonsa comas luxit: lacrymis quoque flumina dicunt
 Increvisse suis: obscuraque carbasa pullo
 Najades, et Dryades, passosque habuere capillos.
 Membra jacent diversa locis: caput, Hebre, lyramque
 Excipis, et (mirum) medio dum labitur amne,
 Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
 Murmurat exanimis; respondent flebile ripæ.

Lacertosi. Con braccia torose e nerborute (Tasso).

Vacuosque jacent etc.

Gli agricoltori . . .

Lascian ne' campi aratri e marre e falci.

(ARIOSTO)

Feræ. Le furiose Baccanti.

Divulsere boves. Sciolsero dall'aratro: ovvero li fecero a brani.
Illo tempore primum irrita etc. Allora per la prima volta le sue parole e il suo canto, che avanti avevano saputo commuovere anco le fiere, furono inutili.

II. Tonsa comas. Nel lutto si tagliavano le chiome: e degli alberi sono chioma le frondi.

Obscuraque carbasa etc. Si vestirono a lutto, e portarono sparsi, disadorni i capelli.

Hebre. Fiume di Tracia: oggi si chiama la *Marizza*.

Respondent flebile. Mandano un flebile eco.

Jamque mare invectæ flumen populare relinquunt,
 Et methymnææ potiuntur litore Lesbi.
 Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis
 Os petit, et sparsos stillanti rore capillos
 Lambit, et hymniferos inhiat divellere vultus.
 Tandem Phœbus adest, morsusque inferre parantem
 Arcet, et in lapidem rictus serpentis apertos
 Congelat, et patulos (ut erant) indurat hiatus.
 Umbra subit terras, et quæ loca viderat ante
 Cuncta recognoscit, quærensque per arva piorum
 Invenit Eurydicem cupidisque amplexitur ulnis.
 Hic modo conjunctis spatiantur passibus ambo:
 Nunc præcedentem sequitur, nunc prævius anteit;
 Eurydicemque suam jam tuto respicit Orpheus.

C A P. III.

*Le Baccanti che aveano lacerato Orfeo sono mutate
 in alberi.*

Non impune tamen scelus hoc sinit esse Lyæus,
 Amissoque dolens sacrorum vate suorum,
 Protinus in silvis matres Edonidas omnes,
 Quæ fecere nefas, tortâ radice ligavit.
 Quippe pedum digitos, in quantum est quæque secuta,
 Traxit, et in solidam detrusit acumine terram.

Mare invectæ. La lingua e la lira di Orfeo entrate nel mare.
Populare. L'Ebro fiume della medesima nazione che Orfeo, cioè di Tracia.

Methymnææ . . . Lesbi. Metimna era la città più celebre dell'isola di Lesbo. Molti tra gli antichi scrissero che il capo di Orfeo fu portato dai flutti nell'isola di Lesbo ed ivi sepolto. Perciò i Lesbii si credevano ingegnossissimi nella musica e nella poesia. Di quell'isola furono Arione, Alceo, Saffo, Erinna.

Congelat. Muta in fredda pietra.

Ante. Quando v'andò a richiedere Euridice.

Arva piorum. I campi Elisi.

Jam tuto. Senza timore di perderla.

III. *Lyæus.* Bacco. Vedi Lib. IV. Cap. I.

Vate suorum. Orfeo avea istituite le orgie di Bacco, e celebratele ne' suoi versi.

Edonidas. Di Tracia. L'Edone è un monte di quella regione.

In quantum est quæque secuta. Nel luogo ove ciascuna era giunta nell'inseguire Orfeo.

Utque suum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
 Crus ubi commisit volucris, sensitque teneri,
 Plangitur, ac trepidans astringit vincula motu:
 Sic, quæcumque solo defixa cohæserat harum,
 Externata fugam frustra tentabat; at illam
 Lenta tenet radix, exsultantemque coërcet:
 Dumque, ubi sint digiti, dum pes ubi quærit, et unguis,
 Aspicit in teretes lignum succedere suras,
 Et conata femur mœrenti plangere dextrâ,
 Robora percussit; pectus quoque robora fiunt:
 Robora sunt humeri, porrectaque brachia veros
 Esse putes ramos, et non fallere putando.

C A P. IV.

Mida col suo tocco muta ogni cosa in oro.

La miseria dell' avaro Mida,
 Che seguì alla sua domanda ingorda,
 Per la qual sempre convien che si rida.
 (DANTE, Purg. C. XX.)

Nec satis hoc Baccho est; ipsos quoque deserit agros,
 Cumque choro meliore, sui vineta Timoli,
 Pactolonque petit: quamvis non aureus illo
 Tempore, nec caris erat invidiosus arenis.
 Hunc assueta cohors Satyri, Bacchæque frequentant:
 At Silenus abest. Titubantem annisque, meroque
 Ruricolæ cepere Phryges, vinctumque coronis

Utque suum laqueis. L'Ariosto, C. XXIII.

Come l'incanto angel che si ritrova
 In ragna o in visco aver dato di petto,
 Quanto più batte l'ale e più si prova
 Di disbrigar, più vi si lega stretto ecc.

Exsultantem. Che si sforza di saltare, e svellere i piedi da terra.
Coërcet. Ritiene.

Suras. Le parti posteriori delle gambe.

IV. *Nec satis.* Bacco non si contenta di mutare le Baccanti in alberi, ma con una compagnia migliore (*choro meliore*) di quella che avea ucciso Orfeo, lascia le vigne del Tmolio (monte di Frigia) a lui caro per la squisitezza dei vini, e va al Pattolo fiume di Lidia, le cui arene poi divennero auree.

Silenus. Sileno educatore e compagno di Bacco.

Coronis. Gli antichi mentre stavano a mensa bevendo si cinge-